



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

14 De pane sacro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10949**

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ.

Περὶ τέτραδων καὶ πῶρα κευθῶν ὅλου τῆς ἐνιαυτοῦ.

**Ν**ηστεύουσιν ἡ καὶ ἑτέρας δύο ἡμέρας ἐν ἐκάστῃ ἐβδομάδι ὅλας τῆς ἐνιαυτοῦ, τετάρτην, ἐν τῇ ἡμέρᾳ Ἑρμῆ, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἑρμῆ νηστεύουσιν, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ὁ Ἰάδας ἔλαβετο χρήματα, ἵνα πῶρα δώσῃ τὸν Χριστὸν, καὶ συλλυπῆνται τῷ Χριστῷ διὰ τῆς νηστείας τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐπαυρώθη ὁ Χριστὸς, καὶ συλλυπῆνται τῷ Χριστῷ, διὰ τὸ λέγειν τὸν Χριστὸν Ὅταν ἀρθῇ ὁ νυμφίος ἀπὸ αὐτῶν, τότε νηστεύουσιν οἱ ἐμοὶ μαθηταί.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ.

Περὶ τῆς πρὸς δουχῆς ὅλου ἐνιαυτοῦ.

**Γ**ενομένης ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ κυριακαῖς, ἐν ἐκάστῃ ἡμέρᾳ τῆς Κρόνης, καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἑορταῖς τῆς ἐνιαυτοῦ ὅλας, πρὸς ἑσπέραν εἰσέλθουσιν οἱ Ἕλληνας πρὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ὁμοίως πάντες οἱ Ἕλληνας καὶ γυναῖκες, καὶ παιδία ἐγείρονται τῷ πρῶτῷ, τετάρτῃ τῇ δούλειρᾳ ὥρᾳ μὲν τὸ μεσονύκτιον, ἐν ἐκάστῃ κυριακῇ καὶ ἑορτῇ, πρὸς εἰς τὸν ναόν, καὶ εἰσὶν ἕνα παῖδα, ἢ μίαν παιδίσκην πρὸς τὸ φυλάττειν τὸν οἶκον. Καὶ πεινόμενοι σκεῖνοι σκεῖ ἕως πρῶτῷ, ἀδοντες, καὶ ἀναίελλοντες ἡλίε ἐξέρχονται, καὶ πρὸς εἰς τὰς οἰκὰς αὐτῶν, κάθονται ἀεργοί, καὶ ἔπειτα εἰσέλθουσιν πῆ ἔπειτα πίνουσιν, ἕως ἐνάτης ὥρας ἀπὸ μεσονυκτίου. Τῇ ἡ ἐνάτῃ ὥρᾳ ὁ ἱερεὺς προπρὸς εἰς τὸν ναόν.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ.

Περὶ τῆς ἀγίου ἄρτου.

**Κ**αὶ ἐπιμαῖζει τὰ ἀκόλαστα τῆς λειτουργίας, καὶ λαμβάνει ἕνα ἄρτον, ὃν γυνή, ἢ ἀνὴρ καθαρὸς ἔχθες ἐποίησεν. τετάρτην, ὅστις ἀν-  
θρῶπος

## CAPUT XII.

D E

## Quarta feria &amp; sexta parasceve, toto anno jejunio dicata.

**J**ejunant ad hæc etiam aliis diebus duobus in qualibet septimana per totum annum, die Mercurii puta & Veneris; illâ quidem, quod isthac die Judas, ut Christum proderet, pecuniam acceperit, & hoc jejunio testatum faciunt, Christi passionibus & afflictionibus sese maxime condolere. Die Veneris verò jejunant, quia eadem die Christus cruci affixus est, quo ipso se Christi causa tristitia affici ostendunt, juxta pronunciatum Christi: Cum sponsus ab ipsis fuerit ablati, tum jejunabunt discipuli mei.

## CAPUT XIII.

D E

## Orationibus totius anni.

**M**Ore apud Græcos receptum est, ut diebus festis, dominicis, quolibet die Saturni, & reliquis per integrum annum festivitibus, circa vesperam omnes Græci in templum sese conferant. Similiter omnes Græci & fæminæ etiam cum liberis suis summo mane, hoc est, horâ post mediam noctem secundâ, ad templum frequentandum singulis non solum dominicis, sed & festis diebus aliis surgunt, domi interim puero vel puellâ aliquâ tantum ad custodiam domus relictâ. Et perdurant illi in templo usque ad tempus matutinum, canentes hymnos; ortoque sole exeunt, ac domum se recipiunt; ubi nihil operantes, quiete sedent, & ab omni cibo & potu usque ad nonam horam ab ipsa inde media nocte abstinent: hac autem hora audita, sacerdos in templum præcedit.

## CAPUT XIV.

D E

## Pane sacro.

**A**C quæ ad sacramenta conficienda pertinent, præparat, panemque accipit, quem vir, vel mulier aliqua, modo purus idem, mundaque

E

ca-

θρωπ<sup>ο</sup> χθεις οσα εμνη μ<sup>ε</sup> τ<sup>η</sup> γυναικος αυτης, η γυναικα, ητις οσε  
 εμνη μ<sup>ε</sup> τ<sup>η</sup> ανδρος αυτης, τετεςιν, εν τη νυκτι τ<sup>η</sup> Κρονος, η αλλως  
 αφ' εσπερας τ<sup>η</sup> ημερας τ<sup>η</sup> Αφροδιτης, εως τ<sup>η</sup> πρωι τ<sup>η</sup> ημερας τ<sup>η</sup> Κρό-  
 νος οσα εμνητων προς συνουσιαν, εκειν<sup>ο</sup> η εκεινη ματλει τον ανδρον, η  
 παισι τον αρτον εκεινον εν τη ημερα τ<sup>η</sup> Κρονος, η αλλη ημερα, δει  
 γ<sup>ω</sup>δ αει καθαρον ειναι εκεινον τον μελλοντα πιησαι τον αρτον εκεινον. Προ τ<sup>η</sup>  
 ψαιτη τον αρτον εκεινον, σφραγιζσι μετα λινεσ ξυλεσ γλυπτομενεσ  
 μετα γραμματων λεγοντων, Ιησους Χριστος νικα. Και τοτε ψαιτησι  
 τον αρτον εκεινον εσφραγισμενον μετα των γραμματων εκεινων, των  
 λεγοντων, Ιησους Χριστος νικα.

σημαίνει η ε<sup>σ</sup>τ<sup>η</sup> ο αρτ<sup>ο</sup> την παρθενον. ωσπερ η παρθεν<sup>ο</sup> ην  
 καθαρη, ετω και ο αρτ<sup>ο</sup> ε<sup>σ</sup>τ<sup>η</sup> δει ματλειται εκ καθαροσ ανθρω-  
 πασ. Και τ<sup>η</sup>τον τον καθαρον αρτον λαμβανει ο ιερως παισ χερσιν αυτησ,  
 και ευλογει, και λεγει εις μνημην τ<sup>η</sup> παναγιασ και αχρανης δεσποει-  
 νης ημων θεοτοκος, και ετερας ευχασ, και αφιερει τη παρθενω τον αρ-  
 τον εκεινον, και μ<sup>ε</sup> ταυτα εχει ο ιερως μικρον λογχιδιον, εις τυπον  
 τ<sup>η</sup> λογχησ, ην ελογχυσαν οι στρατωται τον Χριστον, και λαμβανει ο  
 ιερως το λογχιδιον εκεινο, και κ<sup>ε</sup>πλει τετραγωνον μερ<sup>ο</sup> τι εκ τ<sup>η</sup>  
 επιφανιασ τ<sup>η</sup> αρτεσ, τ<sup>η</sup> συνεχοντ<sup>η</sup> εσω τα γραμματα τα λεγοντα,  
 Ιησους Χριστος νικα, εις τυπον τ<sup>η</sup> γνηθεντ<sup>η</sup> Χριστου εκ της παρθενεσ,  
 και παια εξ εκεινεσ τ<sup>η</sup> αρτεσ την ευχαριστιαν. και μ<sup>ε</sup> την ευχαριστιαν ο  
 ιερως η ο ιεροδιδασκ<sup>ο</sup> κ<sup>ε</sup>πλει εις μικρα μερη το λοιπον μεζον μερ<sup>ο</sup>  
 τα αρτεσ, περι τα οποια αρτεσ περιεποδω, οτι εστι σωμα της παρθε-  
 νεσ, και εξ εκεινεσ τα αρτεσ πασι τοις μεταλαμβανουσι το σωμα τα  
 Χριστου, και πασι τοις λοιπις τοις νησδυσκιν εν εκεινη τη ημερα,  
 (τετεςι, τοις μηδεν γεσσιμενοις, μητε πεποιηκοσι τι πρ<sup>ο</sup>αγμα) διδω-  
 σι. Καλ<sup>ε</sup>σι η τ<sup>η</sup> αρτον εκεινον αντιδωρον, οτι διδωσιν ο ιερως εκει-  
 νον τ<sup>η</sup> αρτον πασι τοις μεταλαμβανουσι, και μη μεταλαμβανουσιν, ωσ δω-  
 ρον θειον η. Και τοτε εξερχονται εκ τασ νασ, και παλιν προς εσ-  
 περαν συναγονται εις τασ προσδουχασ, ωσ εθ<sup>η</sup> εστιν εν ολω τ<sup>ω</sup> κοσμω.

eadem fuerit, die antecedenti paravit, hoc est, quilibet homo, cui tantummodo die præcedenti cum uxore res non fuit, aut mulier quæ à congressu maritali abstinuit, hoc est, quibus nec nocte, quam dies Saturni infecuta est, nec aliàs à vespera diei Veneris usque ad tempus matutinum diei Saturni, conjugalis intercessit cohabitatio. Iste, sive ista, subacta farina, panem illum Saturni aut alia quacunque die conficit; qui enim panem illum parare vult, purus sit necesse est. Antequam verò panis ille excoquatur, signaculum illi prius ligno aliquo, cui literæ hæ insculptæ, Jesus Christus vincit, imprimunt; postea demum panem istum, istis literis, Jesus Christus vincit, signatum parant.

Significat autem hic panis virginem. Quemadmodum enim illa ab omni immunditie aliena fuit; sic quoque hic panis ab homine mundo pinfi debet. Et hunc purum panem manibus suis præhendit sacerdos, & benedicit in memoriam sanctissimæ purissimæque Deiparæ, dominæ nostræ, alias etiam preces recitans, virginique panem hunc consecrans. His peractis, sacerdos exiguam lanceolam, quæ figuram illius lanceæ, qua milites Christum vulneraverunt, exhibet, in promptu habet, eaque admota quadratam portiunculam è panis verba hæc continentis, superficie, Jesus Christus vincit, in memoriam nati è Maria virgine Christi abscindit, ex eoque eucharistiam adornat. Confecta eucharistia, dividit sacerdos aut hierodiaconus reliquam panis, (de quo supra à nobis dictum, quod sit corpus virginis,) partem majorem in minora frustra, & ea omnibus, tum qui de corpore Christi participarunt, tum qui die illâ jejuniis vacarunt, hoc est, qui nec os ulli escæ potuive, nec manûs operi ulli admovère, distribuit. Nominant verò panem hunc *ἀνίδωρον*, hoc est vicemunus; quoniam sacerdos panem hunc omnibus & communicantibus & non communicantibus, ut donum aliquod divinum, exhibet. Et tunc templo exeunt; vesperi verò, more ubique recepto ad preces rursus conveniunt.

E 2

CAPVT